

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Fides siue fidelitas c  
cum fonte primo

Nulle maiores diuicie,  
nulli thesauri, nulli honores,  
nulla huius mundi maior est substantia  
quam est fides catholica que peccatores  
homines saluat, cecos illuminat,  
infirmos curat, cathicuminos baptizat,  
fideles iustificat, penitentes reparat,  
iustos augmentat, martyres coronat,  
uirgines et uiduas et coniugales casto  
pudore conseruat, clericos ordinat,  
sacerdotes consecrat,

in eterna hereditate  
cum sanctis angelis collocat.

Augustinus de uerbis Domini.

Nullae quippe sunt majores diuitiae,  
nulli thesauri, nulli honores,  
nulla mundi hujus major substantia,  
quam est fides catholica, quae peccatores  
homines saluat, caecos illuminat,  
infirmos curat, catechumenos baptizat,  
fideles iustificat, poenitentes reparat,  
justos augmentat, martyres coronat,  
uirgines, uiduas et conjugales casto  
pudore conseruat, clericos ordinat,  
sacerdotes consecrat,  
regnis coelestibus praeparat,  
in aeterna haereditate  
cum Angelis sanctis communicat.

Augustinus Hipponensis (?), *Sermones  
dubii*, 384, 4 (PL 39, col.1690).